



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

V. Ametnè Deus creaturas propter ipsas vt finem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

nitatis esse atque est volitio divina ut patet ergo huius finis Deus est. R. spondeo: Maiorem sub lite adhuc, ut sonat, esse posse variis de causis, cuius confirmatio nunc. Nam, etsi in medijs, quæ ob finem amantur, & apponuntur, locum habeat exploratum; fecus autem in volitione quæ finis effectus quidem est & mediorum ad ipsum relatio, non autem medium, & quod ex electione ad ipsum ut quod refertur. Sed ne his in re clariori implicemur: distinguo maiorem, finis specificatiuus volitionis concedo maiorem, non specificatiuus, quia ex motu non proprie finali specificatam volitionem necessario supponit, nego; & concessa minori, nego consequentiam: quia, ad quemcumque finem Deus sibi in volitione, & effectione creaturarum præstat, supponitur eius volitio, & omniamor adæquate constituitur, & specificatus à bonitate Dei, tanquam obiecto primario formali, & adæquato specificatiuo, & motiuo; non quidem, tanquam proprio fine, quemadmodum scientia divina à Deo ipso, ut obiecto primario, & adæquato suo specificatiuo adæquate specificatur, & constituitur.

9. Septimo oppones: creaturam, quæ bonam essentia sua esse participationem, & imitationem diuinæ bonitatis: ergo nequit amari bonitas creata, nisi ut participatio, & imitatio, & imago quantalacunque diuinæ bonitatis idealis: ergo nequit amari, quin diuina bonitas ametur, præmeturque ut finis. Negatur consequentia postrema: cuius potius opposita est antecedenti, & consequentia prima videtur inferri. Nam medium, etsi intentionaliter à fine causatur, sitque in eo causandi genere ipsius effectus, aut in genere & linea causalitatis physice causa physice concludens ad positionem sui proprie finis esse debet: quod creaturæ bonitati respectu bonitatis diuinæ, quam essentialiter præsupponit, nequit conuenire: motio autem finis, proprie talis, respectu volitionis, seu amoris obiecti alterius, nisi erga obiectum, quod proprie medium ad ipsum finem consequendum sit, nequit exerceri. Quare nescio quo pacto noster Ruiz, qui Deum finem amoris creaturarum proprium probare videtur d. 3. tota sect. 1. sub eius tamen finem n. 18. obferuat Deum non esse finem volitionis suæ erga creaturam, tanquam mediū: nisi forte in nostram sententiam reciderit: Deum nempe non esse amoris creaturarum finem proprium, sed solum obiectum motuum primarium, & adæquatum specificatiuum amoris sui erga illa.

10. Octauo oppones: nulla bonitas creata amabilis à Deo est nisi honesta; aut honesta non est nisi relata explicitè ad bonitatem, & honestatem diuinam, quæ prima honestatis omnis regula est: ergo quin referatur actu, & explicitè à Deo in ipsum Deum tanquam in finem. Ingenti æquiuocatione, & fallacia argumentum laborat. Maior est apertè falsa. Nam entitatiua, & physica rerum bonitas, honestas formaliter non est; & tamen amabilis à Deo est, & de facto amatur: & honeste quidem, etsi autem honeste amari à nobis nihil possit, quin implicite saltem in Deum tanquam in finem referatur, quia Deus reuera finis noster est; aut cum Deus sibi ipsi finis non sit, nec creata bonitas, sine physica, siue moralis medium ad alterutram Dei bonitatem esse possit, ut vidimus; etsi honestas, omnis creata imitatio, & aliquis conformitas, seu participatio diuinæ bonitatis sit, non oportet, immo neque fieri potest, honestatem creaturæ à Deo ob suam honestatem, cuius illa participatio imago, & imitatio aliquis est, tanquam finem amari: quomodo autem infinita, ac summa honestas amoris diuini erga creaturam saluetur, quin se ipsum ut finem in eorum amore respiciat diximus supra: satis ad id esse, habere se eius bonitatem pro adæquato obiecto specificatiuo, de quo nobis virtutes morales Dei examinantibus sermo redibit. Mitto alia, quæ, etsi hoc indè recte, & remotius impugnant, directe tamen, & proximè amorem Dei erga creaturas propter se ipsas, & propter alias, ut proprium eius amoris finem impugnant: quæ proinde opportunius proponemus quæstione quinta sequenti. Plura verò alia, quæ à ratione pro opposita sua sententia adducit Ruiz sect. 2. solum probant diuinam bonitatem adæquatam specificatiuum sui amoris, etiam erga creaturam, & obiectum primarium esse debere: suntque dilicta, facillime à quouis ex dictis dilicienda.



QVÆSTIO V.

*Ametne Deus creaturas propter ipsas
ut finem.*

Questio Deo à munere proprio finis sibi præstiti in suo erga creaturas amore, examinandum venit: an amoris sui creaturas (quæ solæ ultra ipsum reliquæ sunt) à se citra dubium amatas, pro amoris ipsarum sine proprio habeat? Cum enim rationale, & summe perfectum sit: propter finem operaturus cuiusque.

CERTAMEN I.

Doctorem sententia.

1. **P**rima sententia docet, nihil creatum posse esse obiectum formale, siue finem proprium ob quod vel ipsummet, vel creatum aliud propter ipsum à Deo ametur: ita Alexand. Hemicus, Gabriel, Diedo, Quirós, Vasquez citati quæst. 4. certam. 2. numero 1. & plures alij, quos refert, & sequitur noster Hemelmann titulo 7. d. 2. cap. 6. Alarcon d. 2. cap. 1. & alij, qui ad obiecto formali motu amoris diuini, etiam diuinis personalitates reiciunt, pro hac sententia à fortiori referuntur. Sunt autem Scotiste omnes, quos sequitur Sinsing, tract. 3. d. 3. quæst. 1. sed tamen ex hac sententia de exclusionem personarum ab obiecto motu formali diuini amoris, non tuto pro præsentis conclusionis refutatur: siquidem, & nos illud ipsum de personalitatibus docuimus, & tamen oppositam præsentis conclusionis sententiam siue inconsequentia vlla doceamus: ex alijs verò citatis, qui negant creaturam esse obiectum formale motuum Deo ad creatum aliquid amandum, plures de obiecto primario motu, & specificatiuo diuini amoris loquuntur, quod vel solum curat, vel per incuriam cum motu amoris proprie finali, ut in creatis euenit, in diuino etiam amore confundunt; cum tamen hic motuum specificatiuum à proprie finali valde differat: ut ex dictis mosque dicendis clarebit.

2. Secunda sententia fuit Durandi in 1. d. 41. art. 2. numero 5. Anton. Cordub. quæst. 56. opin. 5. part. 2. ad 1. dubium plurimum item Reccatorum Thomistarum innumeratorum apud Vasquez proxime cap. 1. num. 4. vel Secunda opinio & Ferraræ 1. contra gent. cap. 86. & 87. etsi quandoque in primam vergere videatur, ac tandem Herize, Albiz, Arriagæ Petri Hurtado, qui omnes afferunt Deum creaturas omnes propter seipsum, tanquam finalem rationem, & motuum amare; & tamen eam amare illas propter ipsas: quam sententiam videtur docuisse Sanctus Thomas citatis locis contra gentes. Post quam enim capite 86. probant diuinæ voluntatis, rationem quidem dari, non causam, atque inter diuinæ voluntatis rationes assignabiles, & Dei bonitatem, & bonitatem etiam creaturam designat: exemplum adhibens vniuersi bonum, cuius ratione, & gratia singularia valde & producit, cui doctrinæ inest cap. 87. quod ita inchoat, *quævis autem aliqua ratio diuinæ voluntatis esse possit: non tamen sequitur quod voluntas eius sit altera causa.* Sicuti prima parte, quæst. 19. art. 1. ad 3. & art. 2. ad 2. negant eadem vbiuis ratione: quod actus eodem & indiuisibili, atque vniuerso volitionis suæ vellet vniuersa, quæ vult.

3. Quod autem cap. 86. negat inter obiecta creata esse aliquod diuinæ voluntatis causam; cap. autem 87. diuinam bonitatem esse causam voluntatis diuinæ affectu nec dictæ sententiæ contradicit, quia causam pro ratione motiua tunc usurpat: neque à ratione diuinæ volitionis erga creaturas creata omnia reicit; quæ ut volitionis rationem

rationis creatae, & increatae ostendit diuersitatem; diuinam scilicet bonitatem suam ita Deo, suae voluntatis seu amoris rationem esse, ut ipsam adequatè specificet, atque quantum suus amor est, ex parte obiecti concipiatur a Deo faciat; creata verò bonitas, etsi vera quandoque ratio sit, ob quam obiecta creata Deus velit, atque amet, ita, ut, nisi de facto Dei amor ad haec attenderet, ad alia non tenderet, ac terminaretur; non tamen ratio specificans amorem Dei est, quem è primario suo obiecto formali, & adequato specificatione totum, & omniamorem, quoad substantiam, & modum supponit constitutum: idcirco sibi constans citatis locis ait: à sua solum bonitate voluntatem Dei moueri: quia ea solum, ut pote primarium, & adequatum specificationem ex parte obiecti motum Dei voluntatem ad amorem concipiendum non supponit, ac subinde mouere illam ad ipsum ex parte obiecti potest; creata verò obiecta secundaria, cum motum omnino, & in actu primo, & in actu secundo supponant, mouere Dei voluntatem ad amorem concipiendum nequeunt; etsi vnum ex illis ob aliud ametur, ac proinde ratio sit ut ad illud ob hoc aliud diuini amor terminetur, & absque illo sui in ratione amoris incrementato, vel additione extendatur: quare quatenus sententia hac absolute asserit creata Deo esse rationem, & obiectum, ob quod Deus creata amet, constantissima S. Thomae sententia est.

4. Ceterum, quatenus sententia hac amari à Deo creaturas ob ipsius etiam bonitatem tanquam rationem, ob quam in consortio rationis alterius bonitatis creata Dei amor ad creata extendatur, ac terminetur, asserit, nullo ab eius authoribus tentato sensu nobis placet. Putat enim rationem vtramque finalem motionem erga diuinum creaturatum amorem exercere: etsi nulla exercet propriam suam causalitatem: quippe cum S. Bonau. & Thom. & Magistro, & Scoto omnes Theologi, tam Philosophi, quam Recentiores motionem rationum omnium, ob quas Deus, vel se, vel creaturas amet, procul, & merito repellunt ob rationem identitatis, indiuisibilitatis, ac summe unitatis amoris, siue omniamoris diuini datam à Sancto Thoma locis citatis: quia ad eam causalitatem finalem finem physicè praemari, & sui amore realiter in amorem aliorum ob ipsum influere, quod realem vniuersae amoris distinctionem requirit, necesse est. Unde doctè cum Sancto Thoma, & Vasquez noster citata d. 1. cap. 2. num. 1. quod eodem actu finem, & media vellet ob ipsum, suis quidem motionem, causalitatem vero minime exercere ait. Simultanea autem finalis motio rationis vniuersae à bonitate diuinæ creata dupliciter asserit ab his Doctoribus respectu diuinæ voluntatis ad rei alicuius amorem omnino potest. Nempe, vel siue subordinatione earum rationum inter se, vel cum subordinatione alterius, ad alteram in finali eiusmodi motione.

5. Neutro autem modo vtrique ratio motione finali, ut hi Doctores volunt, ad alicuius amorem diuinum potest concurrere. Non quidem simultanea, ac sine subordinatione vnius ad alteram motione: siquidem motio bonitatis Dei ad eiusmodi amorem primaria est per hos Doctores, priorque natura sua, quam motio bonitatis creatae, atque haec subinde natura sua posterior, nec solum per hosce, sed per Theologos omnes, est eius motionem finis propriam esse non dicant; sed solum specificant; ergo vniuersae rationis, seu bonitatis creatae finalis motio ad eum amorem non est quae ab ipsis aequè prima, & simultanea cum motione diuinæ bonitatis ad illam neque est neque esse potest: quod enim natura sua posterior est alio natura etiam sua priori; nequit ad idem ipsum prius & signum natura sua etiam prioris spectare in ordine eodem quo alterum posterius alterum vero prius est, sine contradictione manifesta, ut autem simultanea, ac sine alterius ad alteram motio bonitatis vniuersae increata, & creata sit: oportet ut ad illud idem prius, & signum motionis vtrique pertineret: ergo implicat vtramque bonitatem simultaneam, ac sine subordinatione alterius ad alteram in motione ad amorem illum diuinum finem mouere, si creata motio finali motui bonitatis increatae subordinetur: implicat enim finem vnum in motione subordinatum: implicat enim finem vnum in eum subordinatum in motione vterioris finis motui

nec finis, cum ultra illud aliquid mouens restaret, neque eius motio proprie finalis esset; cum omnia in ea serie amata, atque inde effecta eius motione, & gratia minime amarentur, ac fierent, ut finis ac proprie finalis motionis essentia omnium ab Aristotele Philosophorum ac Theologorum sententia est.

Tertia denum sententia est creaturas solas esse obiecta formalia finaliter proprie motui, (etsi non causatiua) amoris Dei erga res plures. Hanc sententiam S. Thomae ob rationes eius, & conclusiones examinatas atque ex instituto explicatas, & perpenas num. 2. & 3. semper indicauimus, & profundi etiam Doctoris nostri Gabriel Vasquez vt ex citato cap. 2. atque inde deductis à nobis quaestione 4. certam. 2. num. 5. inferiusque ex ipso dicendis satis claret, & quidem cum bonitati Dei respectu amoris suae omniamoris sui motio proprie finalis non competat, (vti ex Sancto Thoma, & Vasquez docuimus) sed motio solum obiecti primarij, & adequati specificationi absque vlla repugnantia in secunda sententia notatè vmbra, & finalis motio creatae bonitatis ad creaturam amorem, & dependentia, ac subordinatio motionis huius motioni bonitatis diuinæ ad eiusmodi amorem componitur. Hanc sententiam aliorum etiam innominatorum esse refert citatus pro opposita Quirous d. citata 72. sectione 1. numero secundo, quorum aliqua refert fundamenta; sed tamen, tam ea, quam conclusio noua egent luce, ut difficultatum vmbrae dispareant, quam assurgente Deo praestare conabimur, ubi hanc sententiam altius, quam hactenus penetratam, fundatamque, sequemur ac vindicabimus.

CERTAMEN II.

Tertia sententia praefata defenditur,
ac illustratur.

1. Si probatio prima, praclarissimum Bernardi testimonium scrm. 1. in Pentecost. quo nostra interpretatio ad eum locum, cui imprimis aduersarij fidunt, ita expressè traditur, vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus: id est propter virtutem suam, pro eorum utilitate, ita quidem, ut ille efficiens sit, hac vero finis. Quid pro nostra sententia expressius, immò & pro sententia nostra in quaest. sequente: quo testimonio Ariaga de voluntate Dei d. 27. sect. 4. numero 17. §. Dico primo, nullum in nostra conclusione inconueniens inueniri docuit: immo, quoad eius positum amoris Dei creaturarum propter ipsas, ut finem, de facto, nobis consentit numero 13. §. Dico tertio, etsi quoad negatiuum exclusionis Dei, ut finis, sui amoris erga creaturas simul; quem possibilem asseuerat num. 20. §. Dico secundo, à nobis discordare videatur: verum solum probat vtrouque Deum motionem formalem in amore sui erga creaturam, cum ea propter ipsa, ut finem diligat, & posse, & de facto exercere, quod motionem specificatiui adequati sui amoris satis habet neque hunc doctorem quid amplius intendere (vti nec Scholasticos reliquos) mihi certum est, qui autem plus intenderit praeter finem de facto à Bernardo non didicit: Immo quoad positum doctrinam communem Doctorum Societatis, de possibili loquendo testatur citato, §. Dico primo: tamen decipiat estimans nonnullis Thomistis aduersarij docentibus Deum vnicum obiectum formale suae scientiae, & volitionis esse; id autem solum obiectum specificatiuum cum formali ab ipsis, fieri & ab Ariaga ipso confundi suadet solus Quirous, d. 72. & 73. ex nostris Recentioribus, positum, ac negatiuo sententiae aduersatur. Nostram verò sententiam etiam quoad exclusionem de facto, immò & de possibili sequentibus rationibus discere poterit. Prima sit, quam quaestione huius praefatione proposuimus: quia Deus rationale agens perfectissimum est per voluntatem, mediisque huius actibus operatiuum creaturarum: atqui omne agens perfectum per voluntatem eiusque actus, quidquid operatur, operatur propter finem, ergo quidquid operatur Deus operatur propter finem. Totus discursus

curfus legitimus est, atque ex certis & evidentibus apud omnes receptis procedit. Quare statuta est apud omnes illatio. Pergo. Atqui Deus nihil operatur propter se ut finem, siue ob suam bonitatis motionem finalem: ergo quicquid amat, & operatur ob motionem finalem bonitatis creatae operatur, & amat, subsumptum antecedens probatum satis manet quæst. 4. certam. 2. à num. 5. consequentia evidens est. Nam nulla alia bonitas est præter increatam, & creatam: quare illa exclusa amotione proprie finali respectu amoris diuini, creata solum bonitas restat, quæ eius motionem finalem proprie respectu illius possit exercere, & ob quam, tanquam finem in motione, operari amareque creata Deus possit.

2. Probatur secundò: quia Deus diligit creaturas amore amicitiae: ergo amat creaturas ob finalem eorum motionem propriam, cum finis *eius*, tum finis *qui*. Antecedens ex Scriptura, & Patribus, firmum apud Theologos est, ut inferius ostendemus: consequentia est legitima: quia amicitiae amor est velle alicui bonum ex complacentia ipsius ut finis *eius* illud volumus, etenim si bonum alicui velimus non vicino ex eius complacentia, & quia commodum bonumque ipsius, sed nostri tandem complacentia, & quia bonum nobis commodumque est: illud plane ipsi non ex amicitia, & amore ipsius, sed ex nostri amore & concupiscentia volumus, & amamus: ut constans apud omnes est, milleque exemplis obuiis notum, ergo bonitas creaturæ rationalis ad quam solum propriæ amicitiae diuinus amor potest terminari, est bonitas, quæ cum amicitiae amore, ut finis *eius* proprie mouet ac terminat, quin ad Deum ipsum tanquam finem *eius* vltimus tendat ab eius bonitate tanquam motione proprie finis cui formaliter progreditur, ac procedat.

3. Hanc rationem & doctrinam obiter attigit & docuit nos Valquez citata disput. 82. c. 2. n. 9. §. Cum vero dicimus post init. illis verbis, quod quidem (nempe Deum diligit, & amare creaturas propter se ipsum solum, ut obiectum primum, & adequatum specificationum, quare & finem non proprie, sed imitativè, ut ex eius mente, & verbis retulimus quæst. 4. certam. 2. num. 5.) non obstat, quominus Deus rationales creaturas diligit amore amicitiae, & quodammodo propter ipsas, ut dicitur d. 84. c. 2. obstat tamen, quominus dicatur unam creaturam diligit propter aliam, tanquam propter rationem diligendi, sed omnia diligit propter suam ipsius bonitatem, quia est obiectum primarie voluntatis in omni actu. Nimirum ut omnia amoris diuini, totiusque subinde voluntatis diuinae specificationum; non quidem propria finis *eius*, motione, quæ amoris amicitiae obesset aperte. Quod autem ait quodammodo propter ipsas, & obfata motionem bonitatis diuinæ, quominus una creatura dicatur diligi à Deo propter aliam huius eius doctrinæ non aduersatur: subdit enim tanquam propter rationem diligendi, quia nimirum motio finalis propria creaturæ post adequate specificationum à bonitate Dei, ut primario obiecto, & adequato, in eius nostraque sententia, specificationum, & totum amorem Dei, & dilectionem constitutam aduenit, quare nequit esse diligendi ratio, etiam si huius moueat.

4. Hoc ipsum solum voluit Herize cit. d. 18. c. 5. n. 33. versic. Alterum, & 34. versu, Modo utraque init. etiam tandem rationem mouendi à ratione specificandi, quam primo loco diuiserat, obliuiscit finem Deum vocet constat id ipsum in amore complacentiae, & benevolentiae diuinæ in creaturis irrationabilibus, ex qua ipsi bona, & commoda velle præstare ipsis absolute possit, ni ad bonum rationalium voluntate sua ordinasset, & ex horum tandem complacentia produxisset. Nam amor complacentiae erga irrationalia, quin concupiscentiae nostri admisceatur: mihi dubius non est, etiam videam pluribus displicere: quotidie enim alteri certantium in foro belluarum afficimur, atque nostri referat, victoriam ex ea complacentia optamus, de qua parta gaudemus, ac tristamur, si ab alia vincatur; verum amor, & complacentia hæc, neque benevolentia, & amor amicitiae erga irrationalia esse, dicere vltimus potest: Amor siquidem, aut benevolentia amicitiae, est amicitia inchoata in amato redamandi potestatem & facultatem requirit, est siquidem sua essentia amicitia omnis mutui amor, qui in duobus amorem vicissim claudit: quare, & quæ ex parte vnius amantis inchoata solum ami-

citia sit, in altero redamandi facultatem requirit: nihil enim patitur inchoatum in quouis genere esse potestatem quo compleri ipsum, perficere repugnat. Atque hoc solum modo sentit negauit Aristoteles 7. Ethic. ad Eudem. c. 8. erga bruta, & irrationalia benevolentiam nostram, est plerique omnem erga ipsa benevolentiam negasse immerito, & contra quotidianam experientiam contendunt.

5. Iam de motione bonitatis creatæ propria finis qui respectu amoris diuini facile probatur. Si enim in creaturæ bonitate complacere potest, atque creata bonitas motione propria finis *eius* Dei amorem erga creata moueat, & determinare, ita ut quæ ex eo amore ipsi vult commoda, atque ex eo præstet ex creaturæ complacentia præstet, ac vult, quin id ex Dei vltimus complacentia ametur à Deo, ac fiant, quæcumque creaturæ velit Deus non ob alia vltimus præstanda: sed quia ad illud per se, & ratione, gratiaque sui voluit vtilia, & propter ipsum, ut finis proprius Dei voluntatem mouebunt, ac terminabunt: imò vero, cum amare amicitiae amore, sit velle alicui bonum ex complacentia ipsius, in amore amicitiae erga rationales creaturas motio propria bonitatis creatæ tam finis *eius*, quam finis *qui* manifeste continetur. Confirmatur primo ex verbis Symboli: qui propter nos homines, ecce motionem finis *eius*, & propter nostram salutem, ecce motionem propriam finis *qui* & decreti incarnationis, & per illud incarnationis effectus: descendit de caelo, & incarnatus est. Et sane hoc voluisse videtur Augustinus recitat. q. 4. cert. 3. n. 5. dum aiebat: nos in vltum rerum ad Dei bonitatem, ut ea persequamur, referre. Deum vero referre ad suam bonitatem, non autem alterius; ut ea animam persequamur, quod est ipsum Deum in recto, & honesto nostro rerum vltum, voluntate, & amore nostri, quo illam nobis vult, & principaliter donat, operaturque in nobis, nostram aeternam salutem, & beatitudinem ut finem intendere.

6. Tertiò probatur conclusio: Quia nullum beneficium, & gratia alicui ab aliquo fieri præstari potest, nisi ex complacentia eius, qui beneficium commodumque recepturus ab illo est, quin vltimus ex complacentia sui commodoque à se in eo quod nobis donat captando beneficium donator intendat: atqui à Deo innumera in nos beneficia proueniunt: ergo ex complacentia nostri quæ vltimus ex sui complacentia, & ob suum commodum ea nobis donet, quæ benefice Deus nobis donat, atque in gratias ab ipso nobis collatis referentur, consequentia est legitima. Antecedens mihi, & omnibus certum, & evidens, quæ enim quis ex sui tandem complacentia, atque ob suum inde commodum capiendum alicui donat specie quidem tenus beneficium alteri est: eique gratiam apparenter præstat: re autem vera sibi ipsi est beneficium, quia ex sui concupiscentia illa alteri donat, propria nimirum commoditatis, vtilitatisque beneficii: gratia illius vltima, & spectro solummodo consilium: ut illi qui sub eadem hamum plicibus porrigitur, non quidem eos aliat, sed deprehendat: quocirca acutè Seneca beneficiis quibus donans suum commodum, è suisque tandem complacentia, non autem ob eius qui donat, commodum, atque ex illius complacentia donat hamata beneficia vocat, vel ergo ea, quæ nobis beneficia dicitur largiri ex nostri demum complacentia, & quia nobis bona largitur, vult non nisi, quia sibi bona, ac tandem ex complacentia sui si primum habetur intentum, si secundum nullum nobis beneficium, gratiamque contra Paulum scripturæ reliquas, Concilia, Patres, ac fidei dogmata præstat. Deum ni creata propter ipsa obiecta Deus amet, virtutes morales habere non potest, cum eorum honestatem non amet propter ipsam.

7. Quæ contra hanc nostram sententiam opposui poterant ex locis, quibus Deus omnia propter se ipsum dicitur operari soluta iam sunt q. 4. cert. 3. vbi respondimus nullo eorum motionem proprie finalem (quæ solum motioni proprie finalis finis *eius* sue finis *qui* alterius obiecti repugnet) bonitati Dei respectu amoris creaturæ contineri; sed solum motionem obiecti primarii, & adequati specificationum omnium amoris diuini, quæ cum motione proprie finali alterius obiecti amice componitur. Sed istas, cuiusvis amoris primarium, præcipuumque specificationum finis est: Ergo implicat, & Dei bonitatem finem proprium diuini amoris non esse; & esse absolute

nedum adæquate specificatum: ac rursus creatam bonitatem esse amoris illius finem; ac primum obiectum; & specificatum eiusdem non esse.

Respondetur etiam ex dictis q. 4. certam, 3. distinguendo antecedens: quod de creatis amoribus concedo; de diuino, & increato nego: oportet enim, ut digne de hoc amore sentiamus, & loquamur plura quæ in creatis nominibus, didicimusque deditere: in hoc quippe propria à Deo ipso, ut sine morio est; ut vidimus, repugnans; intentionalis vero, ab alia, quam Dei bonitate, specificatio, & quasi dependentia ipsius omnimodum ab alio independentiam dedecens: quo circa, & à Dei bonitate specificari adæquate eius amorem oportet, etsi proprie finis eius non sit; & non specificari à bonitate creatæ, etsi quatenus creaturarum amor est, atque inuariat ad creatam extenditur obiectum, motionem illam finis propriam respectu ipsius exerceat: tum quia totum amorem Dei supponit à summa eius bonitate specificatum, & constitutum: nam etiam ne à creatâ bonitate intentionaliter dependeat, quorum postremum in amore creato absurdum non est; primum autem in amore etiam creato non inuenitur.

8. Plura opponit Quirous præter iam soluta quæst. 4. certam, 3. quæ ad duo capita possunt reduci diuinarum perfectionum: commendat enim (inquit) perfectionem amantis non moueri: nisi ex magno bono, nedum summe perfecti amantis Dei; sunt autem creatæ bonæ Dei æstimatione, & respectu, immo & Apostoli Pauli, stercore. Secundum: quia si creaturas propter creatum quid amet de eis gaudebit: quare, & eius felicitas interina, quæ in gaudio de bonis propter se, ut finem appetitibus consistit ex parte saltem à creatis pendebit, quod est absurdum, & à Sancto Augustino supra tale negatum. Respondetur tamen ad primum. Moueri à magno, & non à paruo ipsi opposito prælatiue perfecti, ac summe perfecti amantis esse, quo sensu Paulus omnia arbitrabatur ut stercore, ut Chrysostomus luciferum: aut moueri à magno, & paruo absque huius prælatione, vllave oppositione in affectu perfectioris amantis, quam qui à solo magno mouetur nouerit posse omnino esse, & moueri ab omnibus posse, ut cuiusque bonitas mereatur solus esse perfecti summe amantis Dei, & omniamoris diuini. Ad secundum dicto: speciem habiturum difficultatis, si à motione finali bonitatis creatæ Dei etiam erga creatam amor specificaretur, non specificatur autem, ut videbimus.

9. Secundo: si ut bonum, & commodum suum, atque e sui complacentia Deus à bonitate creatæ finaliter mouetur: tunc, & hæc ad extrinsecam ipsius felicitatem, & gaudium de ipsa ad intrinsecam spectare videretur, diximus autem nihil creatum, ut sibi bonum, incommensurabile, vel utile amare vltimum posse Deum: quare atque erga sui amorem posse motionem finalem, immo nec medialem exercere: quippe cuius, & felicitatis eius, creatæ vniuersæ nihil referant; solumque allectus bonitatem creatam amari à Deo posse propter ipsam, ac motionem proprie finalem exercere ex complacentia diuina erga creaturas saltem rationales, quibus dubio procul bonæ creatæ plura sunt, & æterna salus, ac beatitas summe bonæ, & ob quam ex complacentia hac, ut rationalem creaturam finem cetera Deum condidisse fide Christiana docemur: qui verò Philosophi, etiam præstantissimi, finem tantum Dei in hominum creatione non inuenerunt, sed in oblectamento, vlti, & fruitione visibilium quandoque steterunt: id quidem totum ex hominum complacentia, & amore à Deo ut finem creationis, vniuersi vultum putarunt. Sic Philo Hebraeus de mundi optimo hominis domum architectatum Deum, tanique perfecti suppellectili ornatum ex eius amore inque ipsius oblectamento fuisse fatetur: & Seneca vniuersi huius ædificii apparatus contemplantur, exclamauit. Non necessitas tantummodo nostris prouisum est, usque in delicias amamus.



QVÆSTIO VI.

An propter creaturas amet se Deus?

IN hac, sicut & in proximè antea actis quæstionibus fecimus, motuum finale à motiuo specificatio (vtrumque enim particula illa complectitur) amoris diuini diuidendum attentè est, ne quæstionis decisio, immo & propositio absonet: ac si affirmatiua sit resolutio, Theologis pluribus, qui duo hæc motiuorum genera in amore diuino non distinxerunt, sed illum creati amoris instans quoad motionem intentionalem ipsius omnino æstimantes confuderunt, videatur aduersari.

CERTAMEN I.

Doctorem placita, & examen.

1. Quæstionem hanc independentem putat Herize noster tractat, de voluntate d. 15. ab eo, quod Deus creaturas propter creatam bonitatem, tanquam finem amet, etsi enim eas tandem propter seipsum, & sui, non autem illarum complacentia amet, poterit se amare propter illas: quemadmodum remotiora media propter proximiora fini intento eligimus, & amamus, & nostri amici amico ex illius complacentia benefacimus, bonaque volumus; sed exempla non præstant: media enim, quæ talia propter ipsa non amantur, ut supra notabamus, nec rationem finis habere possunt: de cuius ratione, ut vox ipsa conuincit, est vltimus amoris nostrum non progredi, idcirco enim finis, siue affectus nostri terminus dicitur, quod vltimus non progreditur. Aliud item exemplum ad rem magis non est. Nam, amici nostri amico cum bona, non ex huius sed illius amore, & complacentia volumus, non huic, sed illi in huius sui amici persona benefacimus formaliter, etsi huic commodum ipsi præstemus, atque materialiter benefacimus: non secus, ac si commodum illud ex nostri complacentia, ac proinde concupiscentia præstaremus. Quare nec dici potest ea illi propter ipsum, siue tanquam finem, siue tanquam finem sui, nec quia ipsi bona à nobis præstari. Ac tandem, ut hæc cessarent, & re exempla non sunt. Neque enim dici potest vel finem vero aliquo sensu amari propter media, vel amico nostro, ex cuius complacentia alteri ipsius amico bona volumus, ac præstamus, ex huius complacentia tanquam finis sui, & propter ipsum bona nos præstare, ac velle: ut oportebat ad probandum Deum, qui amoris diuini erga creatam finis ab Herize allectitur, siue qui siue sui, vero aliquo sensu amari à Deo allectitur: sed huius inconsequentie præsentis, & notatæ supra quæst. 5. inde ortum habent, quod motiuum pure specificatum bonitatis diuina respectu diuini amoris voce propter significatum, à motiuo proprie finali, quod eadem etiam voce significatur, non diuisit.

2. Negare refertur Durandus in 3. d. 27. quæstione 2. num. 6. ubi ait Deum non esse immediatum & proximum concupiscentie obiectum: quia Deus (à se præsertim ipso) mandus est propter se: amore nimirum amicitie seu charitatis, cum quo pugnat amari propter creaturas maxime tanquam finem quoad intentionalem finis motionem. Secundo quia, si Deus ametur ob bonitatem creatam tanquam finem, id quod per se, & naturæ suæ finis est ut medium amabitur vitiosa contra rectum amandi ordinem inuersione, non Deo solum, sed nobis adhuc indigna: & qua peccant, quicunque peccant. Terrio: quia, quicquid amatur propter aliud tanquam finem minus principaliter, atque absolute minus amatur, quam illud aliud: id quod de se, naturaque sua, nec solum vitio nostro, Deo conuenire est impossibile: præsertim respectu amoris Dei.